



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et
Oratiunculae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Agnus, Canis & Lupus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

AGNUS, CANIS, ET LUPUS
PROMYTHION.

*Ille Juventutis custos optimus, arcere
ab Alumnis qui potest malum.*

x **D**Ederat Ovis provida & studiosa mater Agnulo suo fidum viæ comitem & custodem Juventutis amicum Canem. Non erat illi quidem bellulus, neque unus eorum aliquis, qui blandiuntur comiter; ast acer inter paucos, & forti Molossorum de gente, qui viriliter allatrat & arcere Lupos longius. Cùm ecce Lupus Agnum incidit. Hic pingui inhians prædæ, avidè illam jam devorabat oculis. Sed periculose ratus laceßere Agnum aperto Marte, ni submississet Canem, sic est aggressus dolo. Dixerunt fortunant, Amicule, tibi qui occurrerim. Quid tibi, obsecro, cum importunâ & obsoleâ illâ belluâ? Moderatorem vides, subjecit Agnus cui me amica parens tradidit. Nempe eruditè ille te feliciter, reposuit Lupus, aut sapere quidquam doceat, qui nihil aliud, quàm latrare didicit. Dimitte, si me audis, doctorem importunum; novi ego, quid è re tuâ sit, & tibi conveniat magis. Adeamus matrem ambo: interrim ne time; si quid occurrat periculi, salvum te & incolumem dabo. Ut me ignoras, Lape, retulit Agnus! hic mihi custos placet, quem tu improbas; hoc ego contentus satis, arcere malum si possit, cæteris haud agrè caream. Tu melius

sum inferre solitus, mihi nec parceres. Vale
 sis: alios quære, quos tuis felicibus inescas
 dolis.

EPIMYTHION.

*Quàm multi, putas, cum agricola sape-
 rent Adolescentuli, si par incidisset
 occasio?*

LEPUS ET PERDIX.

Lepus & Perdix ruris ejusdem incolæ vitam vi-
 vebant suavissimam. At quis rebus in bonis
 expertus unquam est perennitatem? Ecce ex
 improvise malevola canum turba advolat. Sen-
 sit periculum, quod imminabat, Lepus, & fugam
 extemplo capit. It, redit, huc & illuc curfitat, &
 mille per ambages viarum primos canum frustra-
 tur impetus. At odora canum vis Leporem sequi-
 tur nihilominus, & cursu fatigat immaniter.
 Quin assecuti miserum latratibus auras personant,
 & avidos dentes in prædam acuunt. Qui dum
 periret miserabiliter, vidit Perdix agentem ani-
 mam, & insultans morienti, ubi inquit, illa, quâ
 tantum vales, pedum velocitas? cur salvum non
 te præstitit? Unus hic, retulit Lepus suspirans,
 deerat calamitatis cumulus, nostra ut rideres mala!
 at non ero unus hîc forsitan sine vindice! Hæc dum
 diceret, Vultur in Perdicem irruit, & incusantem
 sese frustra volucrem jejunos alvo condidit.

EPIMYTHION.

*Misero insultes cave, ne par brevè con-
 tingat calamitas.*

Q 3

PAVO.